

I. VERSION LATINE

Naissance de la musique à l'aube de l'humanité

At liquidas auium uoces imitarier¹ ore
ante fuit multo quam leuia carmina cantu
concelebrare homines possent aurisque iuuare.
Et zephyri, caua per calamorum, sibila primum
agrestis docuere cauas inflare cicutas.
Inde minutatim dulcis didicere querellas
tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
auia per nemora ac siluas saltusque reperta,
per loca pastorum deserta atque otia dia.
Haec animos ollis² mulcebant atque iuuabant
cum satiate cibi ; nam tum sunt omnia cordi.
Saepe itaque inter se prostrati in gramine molli,
propter aquae riuom, sub ramis arboris altae,
non magnis opibus iucunde corpora habebant,
praesertim cum tempestas ridebat et anni
tempora pingebant uiridantis floribus herbas.
Tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachinni
consuerant : agrestis enim tum Musa uigebat.
Tum caput atque umeros plexis redimire coronis
floribus et foliis lasciuiua laeta monebat,
atque extra numerum procedere membra mouentes
duriter, et duro terram pede pellere matrem ;
unde oriebantur risus dulcesque cachinni,
omnia quod noua tum magis haec et mira uigebant.

Lucrèce, *De natura rerum*

II. COURT THÈME

La vue continuelle des combats des gladiateurs rendait les Romains extrêmement féroces : on remarqua que Claude devint plus porté à répandre le sang à force de voir ces sortes de spectacles. L'exemple de cet empereur, qui était d'un naturel doux, et qui fit tant de cruautés, fait bien voir que l'éducation de son temps était différente de la nôtre.

Montesquieu

¹ *imitarier* = *imitari*

² *ollis* = *illis*